

quam super recipiendis et audiendis testibus vel uidentis in
strumentis et cartulis aliquibus super huiusmodi negociis
et iuribus et rebus fiscalibus supradictis, volumus et man-
damus, ut vos personaliter cum notario vestro mandatum
ipsum executioni mandare finaliter debeatis et ipsum
nulli exequendum in toto vel in parte committatis, sicut
indignacionem regiam atque nostram cupitis evitare, scituri
quod preter penam contemptus, si secus feceritis, proces-
sum vestrum habendum in rebus contra tenorem presen-
tis capituli pro nullo mandabimus irritari.

[22.] volumus etiam et mandamus, ut omnia
bona et iura, quocumque sint et in quibuscumque con-
sistant, que dictus precessor vester pro parte curie sui
officii tempore in credenciam procuravit et fecit per
alios procurari, ad opus curie procuratis et faciatis cum
diligencia procurari, ipsorum proventus per vos ad opus
dite curie exigendis. et que sunt, et qualia, et in quibus
et ubi consistent, ac annu^o redditus et proventus eorum,
per partem et membra, in quaterno uno notatis distincte
et particulariter, per quaternum sub sigillo vestro predictis
magistris rationalibus sine mora qualibet transmittatis.

[23.] et quia propter multitudinem officialium tam
executionis seroniorum curie, quam expedicio fidelium do-
mini patris nostri pluries retardatur volumus, ut in
singulis statutis portibus iurisdictionis vestre tres tantum
portulanos et non in maiori numero sufficientes et
ydoneos ordinare curetis, qui serotia regia iuxta formam